Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Micheas

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

deo ydola samarie et syrie quibus etiam filios suos sacrificium igne cremando obtulerat coluisse constat. Quamobrem deus samariam quam reges israel et iuda memoratorum simulachrorum superstitione fefellerat increpans, indignationem suam in eam percussuram comminatus est. ipso etiam israel prevaricatori et principibus eius qui eundem populum fallaci suasione ad colenda ydola impulerat verbis sequentibus captivitatem et interitum adfuturum denuntiat. Explicit. Alius prologus.

Micheas secundum hebraicam veritatem sextus est. unde quam in corde voluminis debes profunda continet mysteria. Item alius prologus.

Sermo dei qui semper ad prophetas descendit fit quoque ad micheam qui interpretatur humilitas. ad micheam demorasti qui usque hodie iuxta eleutheropolim urbem palestine non grandis viculus est et interpretatur heres. Pulchre autem humilitatis quia inter virtutes precipua est de spe hereditatis vaticinatur. hic humilitas non illa que venit de conscientia peccatorum sed que inter virtutes ponitur. Unde dicitur. Humiliamini sub potenti manu dei. et qui se humiliaverit exaltabitur. Et dominus. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Quomodo ergo apud nos nomina quasi ad virtutis auspicium imponimus vocabula verbi gratia. Victoris castri publii et appellativa virtutum in gloria. sic et apud hebreos micheas et abdias et zacharias ceteri que similia ex virtutum vocabulo libris a parentibus imposita sunt. Argumentum.

Micheas demorasti coheres christi vastationem denuntiat filie latronis et obsidionem post cesi cum maxilla percussio iudicis israel.

Incipit Micheas propheta.

Verbum domini quod factum est ad micheam morasthiten in diebus ioathan achaz ezechie regum iuda. quod vidit super samariam et ierusalem. Audite populi omnes et attendat terra et plenitudo eius et sit dominus deus vobis in testem dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo et descendet et calcabit super excelsa terre. Et consumentur montes subtus eum et valles scindentur sicut cera a facie ignis et sicut aque que decurrunt in preceps. In scelere iacob omne istud et in peccatis domus israel. Quod scelus iacob? Nonne samaria? Et que excelsa iude? Nonne ierusalem? Et ponam samariam quasi acervum lapidum in agro cum plantatur vinea. et detraham in vallem lapides eius et fundamenta eius revelabo. Et omnia sculptilia eius concidentur et omnes mercedes eius comburentur igni. Et omnia ydola eius ponam in perditionem quia de mercedibus meretricis congregata sunt et usque ad mercedem meretricis revertentur. Super hoc plangam et ululabo. vadam spoliatus et nudus. Faciam planctum velut draconum et luctum quasi strutionum. quia desperata est plaga eius quia venit usque ad iudam. Tetigit portam populi mei usque ad ierusalem. In geth nolite annuntiare lacrimis ne ploretis. In domo pulveris pulvere vos conspergite et transite vobis habitatio pulchra confusa ignominia. Non est egressa que habitat in exitu. Planctus domus vicine accipiet ex

uobis que stetit sibi met. q̃a infirmata ē
ī bonum que h̃itat ī amaritudinibꝫ.
q̃ descendit malū a dn̄o ī portā ierlm̄.
Tumult̄ q̃drige stupoꝛis h̃itanti lachis.
Principium pcc̄i ē filie syon. quia in te
inuenta sunt scelera isrl̄. Ppterea da
bit emissarios sup hereditatem geth.
domus mendatii in deceptionē regibꝫ
isrl̄. Adhuc h̃edem adducam tibi que
h̃itas in maresa. usq; ad odollam ueni
et glā isrl̄. Decaluare et tondere super
filios deliciarum tuarum. dilata caluitiū
tuum sicut aquila. quoniam capti
ui ducti sunt ex te.

II

Ve qui cogitatis inutile. ꝛ opamī
malum ī cubilibꝫ ṽris. In luce
matutina faciunt illud. qm̄ cont̄ dm̄
ē manꝰ eoꝝ. Et concupierunt agros. et
uolent̄ tulerunt. ꝛ domos diripuerunt.
ꝛ calūpniabantur uirū. ꝛ domos eius.
uirū ꝛ h̃editatem eiꝰ. Ideo hec dic̄ dn̄s.
Ecce ego cogito sup familiā istā ma
lum. unde n̄ aufetis colla ṽra. et nō
ambulabitis suꝑbi. qm̄ temp̄ pessim̄
ē. In die illa sumetur sup uos parabo
la. ꝛ cantabitur canticum cū suauitate
dicentiū. Depplatione uastati sumꝰ.
Pars ppli mei commutata ē. Quōm̄ rece
det a me cum reuertatur. qui regiones
ṽras diuidat. Ppt̄ hoc n̄ erit tibi mittēs
funiculum soꝛtis in cetu dn̄i. Ne loq̃
mini loquentes. Non stillabit sup istos
n̄ cōphendet confusio. dic̄ dom̄ iacob. Nū
quid abbreuiatus ē sp̄c dn̄i. aut tales
sunt cogitationes eius. Nonne uba
mea bō sunt cū eo qui recte graditur.
Et ē contrario. ppl̄s m̄s in aduersariū cōsur
rexit. Desup tunicā palliū sustulistis.
ꝛ eos qui simplicit̄ transibant conu̇tistis

ī bellum. Mulieres ppli mei eiecistis
de domo deliciaꝝ suaꝝ. a puulis eaꝝ
tulistis laudem ĩpetuum. Surgite
ꝛ ite. q; nō h̃etis hic requiē. Ppt̄ imun
diciam eiꝰ corrumpet̄ putredine pes
sima. Utinā n̄ essem uir h̃abens sp̄m.
ꝛ mendatiū potius loquerer. Stillabo
tibi in uinū ꝛ in ebrietatē. et erit sup q̃
stillatur ppl̄s iste. Congregatione cōgre
gabo iacob totum te. in unū adducā
reliquias isrl̄. Pariť ponam illū q̃si
gregem in ouili. q̃si pecus ī medio caula
rum. Tumultuabunt a multitudine
hoīum. Ascendet eī pandens iter an̄ eos.
diuident ꝛ transibunt portā. ꝛ egredie
tur p eam. Et transibit rex eoꝝ coram
eis. Et dominus in capite eoꝝ.

III

Et dixi. Audite pncipes iacob.
ꝛ duces domus isrl̄. Numq̃d
uestrū ē scire iudicium qui odio habe
tis bonū. ꝛ diligitis malū. Qui uio
lent̄ tollitis pelles eoꝝ desup eis. ꝛ
carnem eoꝝ desup ossibꝫ eoꝝ. Qui co
mederunt carnē ppli mei. ꝛ pellem eoꝝ
desup excoriauerunt. et ossa eoꝝ
confregerunt. ꝛ conciderunt sicut in lebete.
ꝛ q̃si carnem ī medio olle. Tunc cla
mabunt ad dn̄m ꝛ nō exaudiet eos. ꝛ
abscondet faciē suā ab eis in tempe
illo. sic̄ nequit̄ egerunt ī adinuentio
nibꝫ suis. Hec dicit dn̄s sup pphetas
qui seducunt pplm meū. qui mord̄
dentibꝫ suis. ꝛ pdicant pacē. ꝛ siquis
non dederit in ore eoꝝ quippiam. sa
ncti ficant sup eum ꝓliū. Ppterea nox ṽb
p uisione erit. ꝛ tenebre ṽb p diuina
tione. Et occumbet sol sup pphetas.
ꝛ obtenebrabit̄ sup eos dies. Et confūde
tur qui uident uisiones ꝛ confundent̄

dium · ⁊ operient uultus suos omnes · quia
non est responsum dei. Verumtamen ego repletus
sum fortitudine spiritus domini · iudicio ⁊ uir
tute · ut annuntiem iacob scelus suum ·
⁊ israel peccatum suum. Audite hec principes domus
iacob · ⁊ iudices domus israel qui ab
hominamini iudicium · ⁊ omnia recta peruertitis.
Qui edificatis syon in sanguinibus · ⁊
ierusalem in iniquitate. Principes eius in
muneribus iudicabant · ⁊ sacerdotes eius
in mercede docebant · ⁊ prophete eius in pe
cunia diuinabant · ⁊ super dominum requie
scebant dicentes. Numquid non dominus in me
dio nostrum · Non uenient super nos ma
la. Propter hoc causa uestri syon quasi ager arabi
tur · ⁊ ierusalem quasi aceruus lapidum erit · et
mons templi in excelsa siluarum.

Et in nouissimo dierum IIII
erit mons domus domini preparatus
in uertice montium · ⁊ sublimis super col
les. Et fluent ad eum populi · ⁊ properabunt
gentes multe · ⁊ dicent. Venite ascen
damus ad montem domini · ⁊ ad domum
dei iacob · ⁊ docebit nos de uiis suis · ⁊
ibimus in semitis eius · quia de syon egre
dietur lex · ⁊ uerbum domini de ierusalem. Et
iudicabit inter populos multos · ⁊ cor
ripiet gentes fortes usque in longinquum.
Et concident gladios suos in uomeres ·
⁊ hastas suas in ligones. Non sumet
gens contra gentem gladium · ⁊ non discent
ultra belligerare. Et sedebit uir subter
uineam suam · ⁊ subtus ficum suam · ⁊ non
erit qui deterreat · quia os domini exercituum
locutum est. Quia omnes populi ambulabunt
unusquisque in nomine dei sui · nos autem ambul
abimus in nomine domini dei nostri in eternum ⁊
ultra. In die illa dicit dominus congregabo
claudicantem · ⁊ eam quam eieceram col
ligam · ⁊ quam afflixeram. Et ponam clau
dicantem in reliquias · ⁊ eam que labora
uerat in gentem robustam. Et regnabit
dominus super eas in monte syon · ex hoc nunc et
usque in seculum. Et tu turris gregis nebu
losa filie syon · usque ad te ueniet · et
ueniet potestas prima regnum filie
ierusalem. Nunc quare merore contraheris ·
Numquid rex non est tibi · aut consiliarius
tuus periit · quia comprehendit te dolor sicut
parturientem · Dole ⁊ satage filia sy
on · quasi parturiens · quia nunc egredieris
de ciuitate ⁊ habitabis in regione · ⁊ ueni
es usque ad babylonem. Ibi liberaberis ·
ibi redimet te dominus de manu inimicorum
tuorum. Et nunc congregate sunt super te
gentes multe · que dicunt. Lapidetur ⁊
aspiciat in syon oculus noster. Ipsi autem
non cognouerunt cogitationes domini · ⁊ non in
tellexerunt consilium eius · quia congregabit
eos quasi fenum aree. Surge ⁊ tritura filia
syon · quia cornu tuum ponam ferreum · et
ungulas tuas ereas. Et comminues
populos multos · ⁊ interficiam domino rapi
nas eorum · ⁊ fortitudinem eorum domino uniuerse

Nunc uastabis · V terre.
filia latronis. Obsidionem po
suerunt ~~pol~~ super nos · in uirga percuti
ent maxillam iudicis israel. Et tu beth
leem ephrata · paruulus es in milibus
iuda. Ex te mihi egredietur qui sit domina
tor in israel · ⁊ egressus eius ab initio a
diebus eternitatis. Propter hoc dabit eos usque
ad tempus in quo parturiens pariet · et
reliquie fratrum eius conuertentur ad filios
israel. Et stabit ⁊ pascet in fortitudine
domini · ⁊ in sublimitate nominis domini dei sui. Et
conuertentur quia nunc magnificabitur usque ad
terminos terre. Et erit iste pax cum assyrius

cum venerit in terram nostram et quando calcaverit in do-
mibus nostris. Et suscitabimus super eum
vii pastores et viii primates homines.
Et pascent terram assur in gladio et ter-
ram nemroth in lanceis suis. Et li-
berabit ab assur cum venerit in terram nostram
et cum calcaverit in finibus nostris. Et erunt
reliquie iacob in medio populorum mul-
torum quasi ros a domino et quasi stille super her-
bam que non expectat virum et non prestola-
tur filios hominum. Et erunt reliquie ia-
cob in gentibus in medio populorum multorum
quasi leo in iumentis silvarum et quasi catulus
leonis in gregibus pecorum. Qui cum transi-
erit et conculcaverit et ceperit non est qui eruat.
Exaltabitur manus tua super hostes tu-
os et omnes inimici tui interibunt. Et erit
In die illa dicit dominus auferam equos tu-
os de medio tui et disperdam quadrigas
tuas. Et perdam civitates terre tue et
destruam omnes munitiones tuas.
Et auferam maleficia de manu tua
et divinationes non erunt in te. Et peri-
re faciam sculptilia tua et statuas tuas
de medio tui et non adorabis ultra opera
manuum tuarum. Et evellam lucos tuos
de medio tui et conteram civitates tuas. Et
faciam in furore et in indignatione ultio-
nem in omnibus gentibus que non audierunt.

VI

Audite que dominus loquitur. Surge
contende iudicio adversum montes
et audiant colles vocem tuam. Audiant
montes iudicium domini et fortia fun-
damenta terre quia iudicium domini cum populo suo
et cum israel diiudicabitur. Popule meus quid
feci tibi aut quid molestus fui tibi. Responde mihi.
Quia eduxi te de terra egypti et de domo
servientium liberavi te et misi ante fa-
ciem tuam moysen et aaron et mariam.
Popule meus memento queso quid cogita-
verit contra te balach rex moab et quid respon-
derit ei balaam filius beor de sethim
usque ad galgalam ut cognosceres iu-
stitias domini. Quid dignum offeram domino
curvabo genu deo excelso. Numquid
offeram ei holocaustomata et vitulos
anniculos. Numquid placari potest dominus
in milibus arietum aut in multis milibus
hyrcorum pinguium. Numquid dabo pri-
mogenitum meum pro scelere meo fru-
ctum ventris mei pro peccato anime mee. In-
dicabo tibi o homo quid sit bonum et quid
dominus deus tuus querat a te. Utique facere iu-
dicium et diligere misericordiam et sollicitum
ambulare cum deo tuo. Vox domini
ad civitatem clamat et salus erit
timentibus nomen suum. Audite tribus.
Et quis approbabit illud. Adhuc ignis
in domo impii thesauri iniquitatis
et mensura minor ire plena. Numquid
iustificabo stateram impiam et sac-
celli pondera dolosa in quibus divites
eius repleti sunt iniquitate et habitan-
tes in ea loquebantur mendacium et
lingua eorum fraudulenta in ore eorum.
Et ego ergo cepi percutere te perditione
super peccatis tuis. Tu comedes et non sa-
turaberis et humiliatio tua in medio
tui. Et apprehendes et non salvabis et quos
salvaveris in gladium dabo. Tu semi-
nabis et non metes. tu calcabis olivam
et non ungueris oleo et mustum et non bi-
bes vinum. Et custodisti precepta am-
ri et omne opus domus achab et ambu-
lasti in voluptatibus eorum ut da-
rem te in perditionem et habitantes
in ea in sibilum et obprobrium populi
mei portabitis.

VII

Ve mihi quia factus sum sicut qui col
ligit in autumpno racemos
vindemie. Non est botrus ad comeden
dum precoquas ficus desideravit anima
mea. Periit sanctus de terra et rectus in
hominibus non est. Omnes in sanguine in
sidiantur vir fratrem suum venatur ad
mortem. Malum manuum suarum dicunt
bonum. Princeps postulat et iudex in
reddendo est. Et magnus locutus est deside
rium anime sue et conturbaverunt eam.
Qui optimus est in eis quasi paliurus et
qui rectus quasi spina de sepe. Dies spe
culationis tue visitatio tua venit.
Nunc erit vastitas eorum. Nolite crede
re amico et nolite confidere in duce. Ab
ea que dormit in sinu tuo custodi clau
stra oris tui. Quia filius contumeliam
facit patri et filia consurgit adversus ma
trem suam nurus contra socrum suam. Ini
mici hominis domestici eius. Ego autem
ad dominum aspiciam expectabo deum
salvatorem meum. Audiet me deus
meus. Ne leteris inimica mea super me
quia cecidi consurgam. Cum sedero in te
nebris dominus lux mea est. Iram domini porta
bo quoniam peccavi ei donec iudicet causam
meam et faciet iudicium meum. Educet
me in lucem videbo iustitiam eius. Et
aspiciet inimica mea et operietur con
fusione que dicit ad me. Ubi est dominus
deus tuus. Oculi mei videbunt in eam
nunc erit in conculcatione ut lutum pla
tearum. Dies ut edificentur macerie
tue. In die illa longe fiet lex. In
die illa usque ad te veniet Assur et
usque ad civitates munitas et a civitatibus
munitis usque ad flumen et ad mare
de mari et ad montem de monte. Et
erit terra in desolationem propter habitatores
suos et propter fructum cogitationum eorum.
Pasce populum tuum in virga tua gregem
hereditatis tue habitantes solos in saltu.
In medio carmeli pascentur basan
et galaad iuxta dies antiquos secundum di
es egressionis tue de terra egypti. Osten
dam ei mirabilia. Videbunt gentes et con
fundentur super omni fortitudine sua.
Ponent manus super os aures eorum
surde erunt. Lingent pulverem sicut
serpens velut reptilia terre perturba
buntur de edibus suis. Dominum deum nostrum
formidabunt et timebunt te. Quis deus
similis tui qui aufers iniquitatem et trans
fers peccatum reliquiarum hereditatis tue.
Non immittet ultra furorem suum quia
volens misericordiam est. Revertetur et miserebi
tur. Deponet iniquitates nostras et pro
iciet in profundum maris omnia peccata nostra.
Dabis veritatem iacob misericordiam abraham
que iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

Explicit Micheas propheta. Incipit prologus
in Naum prophetam.

Naum prophetam
ante adventum
regis assyri
orum qui populum
israhel captivum
in suas regio
nes transtulerat fuisse hebreorum tra
ditio confirmat. Siquidem huius lectionis
in fine predicti regis adventum idem pro
pheta annuntiare monstratur. Sed cum ha
bitatores niniue iona mittente civita
tis predicante ne divina ira deleren
tur minimum sustinerent propterea et impeni
tentis priorum egissent accepta dei misera
tionibus sceleribus irritare ceperunt.